

ISIDORI

140 pore. Menstrua supervacuus mulierum sanguis. Dicta autem menstrua a circuitu lunaris luminis, quo solet hoc venire profluvium; luna enim Graece *μήν* dicitur. Haec et muliebria **141** nuncupantur; nam mulier solum animal menstruale est. Cuius cruris contactu fruges non germinant, acescunt musta, moriuntur herbae, amittunt arbores fetus, ferrum rubigo corripit, nigrescunt aera. Si qui canes inde ederint, in rabiem efferuntur. Glutinum asphalti, quod nec ferro nec aquis dissolvitur, **142** crurore ipso pollutum sponte dispergitur. Post plurimos autem dies menstruos ideo semen non esse germinabile, quia iam non 10 est menstrualis sanguis, a quo perfusum irrigetur. Tenuerunt semen locis muliebribus non adhaerere; labitur enim nec habet vim adhaerendi. Similiter et crassum vim non habet gignendi, quia muliebri sanguini miscere se non potest propter nimiam sui spissitudinem. Hinc et steriles mares vel feminas 15 fieri; vel per nimiam seminis vel sanguinis crassitudinem, vel **143** propter nimiam raritatem. Primum autem aiunt cor hominis fingi, quod in eo sit et vita omnis et sapientia; deinde quadragesimo die totum opus expleri; quod ex abortiobus, ut ferunt, collecta sunt. Alii foetus a capite sumere 20 dicunt exordium. Vnde et in avium foetus primum oculos **144** fingi in ovis videmus. Foetus autem nominatus, quod adhuc in utero foveatur. Cuius secundae dicuntur folliculus, qui simul cum infante nascitur continetque eum; dictus, **145** quia et cum editur sequitur. Nasci autem patribus similes 25 aiunt, si paternum semen validius sit; matribus, si matris; hac

2 propter circuitum *C* provenire *C* 3 enim] autem *C* 5 morientur *K* 6 rub. corrumpit *CK* 7 quis *U*: om. *K*: quid *codd.*
Solini 1, 55 -rantur *C²* 10 menstruosi *B* germinabile *K*: generabile *BCT* 11 perfusus *codd.* (*et Isid.*) 12 mulieribus *B¹* haerere (he-) *BK* adhaer.... non hab. *om. C¹* 13 non *om. BK* (*hab. D*) 14 quod *B* mulieri *K* misceri (*om. se*) *K* (*non D*) pre nim. *K* 17 autem] enim *C¹D* 18 quod] ut *K* (*non D*) et] pro *K* (*non D*) omnis *BCK*: hominis *T* et *om. K* (*non D*) 19 opus] corpus *K* (*non D*) in ab. *K*: ab exortionibus *C¹*: ex abortionibus *T* (*non D*) 20 dic. exord. sum. *K* (*non D*) 21 oculis *DK* 22 nominatum *BT*: nominatur *D* 23 folliculum *K* 24 continentque *K* dic. quia commeditur et seq. *D* 26 si] ut *K* (*non D*) validior *B¹KT* (*et Isid.*)